



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

NATIONALBIBLIOTHEK
IN WIEN

114596-B

ALT-

Digitized by Google

DISSERTATIO IN AVGVRALIS
DE
LEGVM IMPERII
FVNDAMENTALIVM
ET CIVILIVM DIFFERENTIA

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
G E O R G I O III.

MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE,
FIDEI DEFENSORE, DVCE BRVNSVICENSI ET LVNEBURGENSI
S. R. I. ARCHITHESAVRARIO ET ELECTORE

AVCTORITATE INCLYTI ORDINIS IVRIDICI
PRAESENTE
IOANNE STEPHANO PVTTERO, D.
CONSILIARIO REGIS AVLICO ET PROF. IVR. PVBL. ORDINARIO
ACADEMIAE H. T. PRORECTORE
PRO SVMMIS IVRIVM HONORIBVS
RITE CONSEQUENDIS
PVBLICAE DISQVISITIONI SVBMITTIT
SAMVEL IACOB METTINGH
FRANCOFVRTENSIS.
D. VI. AVG. CLOCCCLXIII.

GOETTINGAE
TYPIS POCKWITZII ET BARMEIERI.

114596-B

Digitized by Google

CONSPECTVS.

*V*ti ius publicum a priuato, ita leges fundamentales a ciuilibus differunt §. I.

Publicum quid sit? §. II.

Priuatum quid sit? §. III.

Publica negotia quaenam sint? et quaenam iuris publici? quaenam ad ius gentium pertineant? §. IV.

Quibus legibus nitatur ius gentium? §. V.

Quibus legibus nitatur ius publicum? §. VI.

Necessitas pacti unionis et subiectionis ceu' fundamentalis in quouis republica. §. VII.

Post primum pactum fundamentale quomodo nouae leges tum fundamentales tum ciuiles fieri possint in democratis? §. VIII.

In Monarchia absoluta post primum pactum fundamentale reliqua a voluntate principis pendent. §. IX.

Vnde eadem abhinc legum publicarum priuatarumque forma. §. X.

Id quod exemplo Daniae aliorumque regnorum illustratur. §. XI.

Et vel in Germaniae territoriis sunt, quae buc referri possunt. §. XII.

Idem in Aristocratiis fieri potest. §. XIII.

Vbi limites supremae potestati ponuntur; non facile una lege fundamentali ii absoluuntur. §. XIV.

Initio enim prima tantum necessaria definitur. §. XV.

De reliquis successu temporis sunt nouae leges fundamentales. §. XVI.

Non solum electoriis, sed et hereditariis in regnis et principatis. §. XVII.

Quodsi iam leges ciuiles a solo conduntur principe; omnino diversa illarum et fundamentalium est forma. §. XVIII.

Sed plurimum tunc nec ciuiles leges a solius voluntate principis pendent. §. XIX.

Adeoque ob necessarium utrinque statuum consensum eamdem cum legibus fundamentalibus formam habere videntur. §. XX.

Sed in ciuili lege vis obligandi reuera est in voluntate legislatoris, tamquam superioris. §. XXI.

Cuius modo ad supplendam quasi voluntatem, non pacitius, hic accedit consensus statuum. §. XXII.

Perinde ac consensus patris tutoris in sponsalibus filii familie aut minoris. §. XXIII.

Sive ad instar consensus signatorum in alienandis bonis auctis. §. XXIV.

Id quod applicatur cum ad leges imperii ciuiles. §. XXV.

Tum ad leges territorialium provinciales. §. XXVI.

Contra in legibus fundamentalibus est consensus ipsum principem stringens. §. XXVII.

Vnde perspicua differentia legum imperii ciuilium atque fundamentalium. §. XXVIII.

Veluti quidem vel ipsa docet formula legum imperii ciuilium. §. XXIX.

Aliaque plane formula legum imperii fundamentalium. §. XXX.

Sed et iungi potest lex ciuilis atque fundamentalis. §. XXXI.

Ideoque in recessibus imperii saepe duplex adhibetur formula consensus statuum. §. XXXII.

Quid quod pacis Westphalicae hac ratione triplex datur consideratio. §. XXXIII.

Conclusio: in quoniam consistat differentia legum imp. ciuilium et fundamentalium. §. XXXIV.



§. I.



§. I.

UTI IUS PUBLICVM A PRIVATO, ITA LEGES FUNDAMENTALES A CIVILIBVS DIFFERVNT.

Eadem ratione, qua ius publicum a privato differt, utrumque ius perdiuerso ntitur legum generis, quarum illae fundamentales publicae, haec priuatae ciuiles vocantur. Prouti vero ipsius publici priuatique juris regundi fines non omni difficultate carent; ita legum quoque fundamentalium et ciuilium quanam in re veretur proprie *discrimen*, haud inanis, speramus, disquisitio erit, licet arctioribus pro temporis angustia institutique ratione limitibus circumscribenda.

A.

§. II.

2.

§. II.

PUBLICVM QVID SIT?

In omni societate vti non sunt non distinguenda, quae ad vniuersam societatem spectant in *commune*, ab iis, quae *singulos* sine respectu vniuersae societatis concernunt socios; ita PUBLICVM citra controuersiam est, quidquid vniuersum quemdam populum (quasi *populicum*) concernit, vt vel ipsa ciuitas, i. e. populus sub communi supremo imperio salutis publicae caussa vnitus, REIPUBLICAE nomine veniat, multoque magis publicum sit, quidquid integrum ciuitatem seu rempublicam concernit. Quod ipsum vero ad genus cum primis referri oportet, quae ad supremum illud in republica imperium pertinent, quippe quod adeo cum ipsa ciuitate cohaeret, vt, quidquid imperante, qua tales, eiusque imperium concernit, ne separari quidem ab ipsa ciuitate possit.

§. III.

PRIVATVM QVID SIT?

PRIVATVM e contrario est, quidquid singula rei publicae membra, singulasque adeo seu personas seu res concernit, sine intercedente totius reipublicae eius-ue supremae potestatis respectu. Quamobrem vti pu- blica

blica esse nequeunt, nisi existente ciuitate siue republi-
blica; ita privata pleraque eius indolis sunt, ut vel in
naturali quoque statu hominum habere locum possint,
aut haec etiam ciuitati et, qui exoritur inde, ciuilij statui
ortum debeant, tamen ipsa qua constituta semel nul-
lum directe amplius ciuitatis eiusue imperii respectum
habeant.

§. IV.

**PUBLICA NEGOTIA QVAENAM SINT? ET QVAENAM
IURIS PUBLICI? QVAENAM AD IUS GENTIVM
PERTINEANT?**

Quandoquidem itaque *publica negotia* sunt, quae-
cumque vniuersam ciuitatem eiusue imperantem con-
cernunt; perinde quidem est, siue negotia eiusmodi
cum exteris intercedant, siue *intra ipsius reipublicae
limites subsistant*. Quin ciuitatumque etiam ciuitatis
iuris publici complectitur omnia, quae ad sua cu-
iusque reipublicae et imperantis iura et obligationes
pertinent. Sed quae generatim de iure et obligatione
plurium ciuitatum siue gentium inter se intricatae in
quaestionem venire possunt, singularem diuersamque
a iure publico iuris gentivm disciplinam effi-
ciunt.

A 2

§. V.

§. V.

QVIBVS LEGIBVS NITATVR IUS GENTIVM?

Quae quum ita sint, quumque quaelibet gens hic libera cogitetur, vt plures adeo gentes nulli amplius communi humano subiectae sint imperio; *ius gentium* proprie alias non habet *leges*, quam quas ex sana ratione diuinaque cunctis hominibus obseruanda voluntate suppeditat ius naturae omnium hominum et gentium commune. Cui modo Europaeas Christianasque inter gentes ex conventione magis, quam ex legis a superiori latae vinculo, accedunt nonnulla vsu uniformi obseruari solita, e quibus quodammodo posituum aliquod *ius gentium Europaearum*, seu quod vocant, *practicum ius gentium* confidere licet.

§. VI.

QVIBVS LEGIBVS NITATVR IUS PUBLICVM?

Quamprimum vero ad suum cuiusque ciuitatis proprium *ius publicum* re conuerteris, pauciora sunt, quae ex principiis iuris naturae ad notionem reipublicae accommodatis erui definiriique possunt, *domestica ciuitatum* earumque imperantium *iura*. Quin quantumuis etiam priuata ciuium iura libertati eorum naturali in ipso

ipso statu ciuili sine lege positiva relinquere possint; tamen *nulla plane ciuitas existere potest, omni lege fundamentali destituta.*

§. VII.

NECESSITAS PACTI UNIONIS ET SUBIECTIONIS CIVILIS FUNDAMENTALIS IN QVAVIS REPUBLICA.

Nimirum primum quodque populi in unam ciuitatem coalescentis vinculum necessario nititur duplice PACTO, quod vocant, UNIONIS uno, quo singuli ciues uniuersi, uniuersi singulis obligantur, ut communem ad salutem unitis omnium viribus adnictantur; et SUBIECTIONIS altero, quo supremo communii imperio ad eundem istum finem omnes et singuli subiiciuntur. Quumque posterius hoc multisfariam fieri possit, ut aut uniuersus ipse retineat supremum imperium *populus*, aut optimatibus nonnullis, aut uni principi, variaque iterum ratione, hereditario an electionis lure, cum absoluta an circumscripta potestate, id committat; unum alterumque horum omnium in qualibet ciuitate necessario definiendum est; Idque semper et ubique fit PACTO, quod vocant, FUNDAMENTALI, quo definitur forma reipublicae, quale propterea in nulla profusa ciuitate abesse omnino potest.

A 3

§. VIII.



§. VIII.

**POST PRIMVM PACTVM FVNDAMENTALE QVOMODO
NOVAE LEGES TVM FVNDAMENTALES TVM
CIVILES FIERI POSSINT IN DEMO-
CRATIA?**

Jam si idem ille *populus*, qui salutis publicae caussa coiuit, supremam a se ipso in uniuersum exercendam potestatem retinet; prorsus idem obseruari poterit *modus in condenda* porro *lege fundamentali*, qua iura et obligationes summi imperii definiuntur, et *in condendas legibus priuatis ciuilibus*, quae in iuribus singulorum ciuium priuatis versantur; licet fieri quoque possit, ut committat posteriorem legislatoriae potestatis speciem senatui tribunoue cuidam, priusque legum genus sibi ipsis reserueret eiusmodi *populus*.

§. IX.

**IN MONARCHIA ABSOLVTÀ POST PRIMVM PACTVM
FVNDAMENTALE RELIQVA A VOLVNTATE
PRINCIPIS PENDENT.**

Sed et fieri potest, ut cum *vni* cuidam *principi* plane *nullis* circumscripta *limitibus* tali pacto fundamentali committatur summa potestas, tum in antecedsum simul definitur futurorum eius successorum series; siue familia quadam regnatrice eiusque succedendi ordine

dine stabilito, siue hac etiam re in arbitrio principis constituta. Eoque casu *unicum* istud *pactum fundamentalis sufficit*, eaque sola iure pacti valet *lex fundamentalis*, quum nec in ipsa tangantur specialia regiminis negotia, nec ullum aliud hanc in rem requiratur pactum, sed sola voluntas principis abhinc pro lege sit.

§. X.

VNDE EADEM ABHINC LEGVM PUBLICARVM PRIVATARVMQVE FORMA.

In hoc casu iterum *idem* plane *legislator in negotiis publicis, qui in priuatis est.* Omnia *solius a voluntate principis* pendent, eaque in utroque negotiorum genere *aeque mutabili.* Verbo, *nullum ibi amplius est legum publicarum priuatarumque discriminem,* quam quod in ipsa negotiorum diversitate latet; *in forma* ambarum legum nulla est differentia.

§. XI.

ID QVOD EXEMPLIO DANIAE ALIORVMQVE REGNUM ILLVSTRATVR.

Quae quum proprie absolutarum, quas vocant, monarchiarum conditio sit; illustrius clariusque eius rei haud desiderari poterit exemplum, quam quod in

DA-



DANIAE *lege regia* d. 14. Nov. 1665. exstat, quippe
qua teste, qui tunc temporis fuerat, senatus regni, or-
dinesque omnes ius hereditarium in regna Daniae et
Noruegiae, nec non iura omnia maiestatis, *potestatem*
absolutam, imperiumque monarchicum, regiaque
cuncta insignia et regalia, haud coacte sineque ullo re-
gis impulsu aut rogatu sponte sua deliberatoque consi-
lio regi contulerunt. Quare in ipsa illa lege regia, ut,
quantum per humani ingenii prouidentiam fieri possit,
optima cuncta ratione ac modo ordinarentur, monar-
cha et rex Daniae et Noruegiae declaratus est *omnibus*
humanis legibus solutus, isque *solus supremam* habens
potestatem et auctoritatem *leges* et constitutiones arbit-
ratu suo *condendi* pariter atque *interpretandi*, tum
eisdem *abrogandi*, surrogandi, derogandi, hac sola
lege regia excepta, quae cœu verum imperii regii fun-
damentum et lex ipsa fundamentalis et inviolata perma-
nere iubebatur,

* I. Responde idem quoque ius in R V S S I A obtinet, sed obscurior,
yti multo etiam antiquior rei origo est, neque lex expressa
scriptaue, quae absolutam illam supremam potestatem stabi-
liuerit, in promtu est; licet aequa firmum illius fundamen-
tum in tacito populi *consensu*, quo innumera gentium lura
mituntur, consistere posse, nequaquam dubitandum sit.

* II. Si-

* II. Similiter quatenus **GALLIÆ, PRVSSIAE** aliorumque
id genus regnorum summi imperantes ea potestate, vt pu-
blica negotia soli eorum arbitrio commissa sint, utuntur;
eadem huc referenda sunt exempla, quippe quae omnia
conspirant eo, vt legum publicarum priuatarumque tunc
nullum discriminem sit, et, quod prona inde consequentia
fluit, vt exiguae molis ius publicum sit in regnis, in quibus
ultima legum ratio versatur in vulgatis illis: *Stat pro ra-
sione voluntas, et: Car tel est notre plaisir.*

§. XII.

**ET VEL IN GERMANIAE TERRITORIIS SVNT, QVÆ
HVC REFERRI POSSVNT.**

Quin in *statibus* etiam *imperii* nostri sunt, qui
quodammodo huc referri possunt. Etiamsi enim
haud arbitrarium eorum ius territoriale sit, quum non
solum omnes legibus et obseruantiae imperii reueren-
tiā et obsequium debeant, sed plerique etiam ordinib-
us prouincialibus circumscripti sint; haud pauci ta-
men supersunt ordinibus eiusmodi destituti, liberaque
adeo potestate praediti, vt, modo limites in legibus
imperii positos non excedant, publicorum aequa ac
priuatorum in territoriis suis negotiorum arbitratores
sint atque legislatores.

B

§. XIII.



§. XIII.

IDEM IN ARISTOCRATIIS FIERI POTEST.

Idem denique, quod haetenus de regnis atque principatibus obseruauimus, etiam de *aristocratiis absolutis*, iisque *hereditariis* praesertim cogitari potest, ut optimates similiter publicam aequam ac priuatam legislationem habeant. Sed plus vna ratione constat, non tam facile id in hacce rerumpublicarum forma, quam in monarchiis contingere.

§. XIV.

VBI LIMITES SUPREMAE POTESTATI PONUNTUR; NON FACILE VNA LEGE FUNDAMENTALI SI ABSOLVUNTUR.

Sin primo pacto fundamentali *haud absoluta* stabilitur suprema *potestas*, sed pro sua cuiusque reipublicae indole, veluti optimatibus in aristocracia, monarchae aut principi in regno principatuue, qualescumque in regimine obseruandi limites praescribuntur; optabile quidem foret, ut omnes isti limites statim prima in lege fundamentali simul et vna definitur in perpetuum, nec quidquam incertitudini posteriorum temporum relinqueretur. Sed pro imbecillitate, qua laborat hominum in praeuidendis rebus futuris intellectus,

Etus, iudicatu facile est, quam parum fieri id possit; et vel omnis historia testis est, quam parum id factum fuerit.

§. XV.

**INITIO ENIM PRIMA TANTVM NECESSARIA
DEFINIVNTVR;**

Iccirco primo tali pacto definiri tantummodo solent prima quaeque necessaria, veluti I) quae ad personam imperantis eiusque successores spectant, utrum hereditaria *successio*, an *electio* locum habere, et quo ordine atque modo procedere alterutra debeat? deinde II) quae circa modum *adhibendi* a principe *consensum* populi vel optimatum obseruanda veniant? denique III) qua aut generali ex *norma*, quoque ex iurium seu negotiorum indice, quibus in rebus consensi optimatum populiue opus sit, aestimari debeat, et quomodo forte, ut ne mutari possit a solo principe reipublicae forma, caueatur.

§. XVI.

**DE RELIQVIS SVCESSV TEMPORIS FIVNT NOVAE
LEGES FUNDAMENTALES;**

Reliqua ut plurimum futuro cuique temporis rerumque vicissitudinibus et posterorum curae committuntur.



Attamen ab iis, quae semel ista lege fundamentali statuta sunt, nec soli principi, neque soli populo recedere licet; sed *mutuo* semper vtriusque partis *consensu* opus est, quo *noua* quacumque occasione *pacata*, *nouaeque* adeo *leges fundamentales* pro arbitrio condi possunt.

§. XVII.

**NON SOLVM ELECTITIIS, SED ET HEREDITARIIS
IN REGNIS ET PRINCIPATIBVS.**

Naturali ratione id maxime contingit *in regnis* seu *principatibus electitiis*; quippe quibus unaquaque *electio* nouam praebet sic pacificandi occasionem; quale Germania nostra duplex habet exemplum tum *caesar*-*reæ*, tum *in principatibus ecclesiasticis compluribus episcoporum capitulationis*. Sed et *hereditariis* *in regnis et principatibus* id fieri potest, quoties rerum circumstantiae id permittunt, uti constat tum *in magna e. g. Britanniae regno*, tum *in secularibus Germaniae territoriis* subinde nouas condi id genus *leges fundamentales*.

§. XVIII.

§. XVIII.

QVODSI IAM LEGES CIVILES A SOLO CONDVNTVR
PRINCIPALE; OMNINO DIVERSA ILLARVM ET
FVNDAMENTALIVM EST FORMA.

Iam finge potestatem condendi leges ciuiles priuatas in tali quodam regno seu principatu *soli regi* principiue esse commissam, qui ceteroquin publicis in negotiis condendisque nouis legibus fundamentalibus consensu ordinum adstrictus est. Tum certe in oculos incurret *legum fundamentalium ciuiliumque differentia*, quam illae pacto principis ordinumque, hae solius voluntate principis nitantur; veluti quod haud raro in Germaniae nostrae territoriis accidit, ut publica eorum negotia in comitiis prouincialibus eorumque recessibus i. e. pactis inter principem ordinesque prouinciales definiantur, priuatae leges a solo principe condantur.

§. XIX.

SED VTPLEVRIMVM TVNC NEC CIVILES LEGES
SOLIVS VOLUNTATE PRINCIPIS
PENDENT;

Vt plurimum vero, vbi principum haud absoluta, sed procerum consensu adstricta potestas est, etiam priuatae leges ciuiles non nisi consensu isto adhibito



fieri possunt; veluti quod in imperio nostro non solum
in condendis imperii legibus quibuscumque obtinet,
sed et compluribus in territoriis ratione legum prouincialium obseruatur. Sed et isto in casu, quantumuis
tunc et ciuiles et fundamentales leges consensu proce-
rum nitantur, reapse tamen magnum vtriusque generis
legum discrimen manet.

§. XX.

**A DEO QVE OB NECESSARIUM VTRINQVE STATUVM
CONSENSVM EAMDEM CVM LEGIBVS FVNDAMENTALIBVS FORMAM HABERE
VIDENTVR.**

Nimirum *vnum idemque* quidem esse *videtur*, si quando e. g. Imperator adhibito *statuum* imperii *consensu* comitiali condit *legem ciuilem* de negotio mercpriuato, veluti de abusibus opificiariis, agentem, et si *eodem statuum consensu* de *iure* quodam *summae potestatis*, veluti de iure et modo decernendi bannum imperii, de iure belli et pacis, de iure tributorum et quae sunt id genus alia, transigitur. Verum modo ipsa natura rei indeolesque consensus, in quo hic cardo rei versatur, penitus inspiciatur, mox discrimen vtriusque negotii adparebit.

§. XXI.

§. XXI.

**SED IN CIVILI LEGE VIS OBLIGANDI REVERA EST IN
VOLVNTATE LEGISLATORIS, TAMQVAM
SVPERIORIS;**

In civili legislatione, qualicumque demum modo peragatur, semper *voluntas legislatoris* tamquam *superioris* declarata habet vim obligandi subditos. Eaque ratione in legibus imperii ciuilibus semper Imperator personam legislatoris sustinens tamquam superior loquitur; neque pacto statuum hic opus est, quoniam non est, quod promissum acceptetur inter caesarem et status, quamdiu de negotio solum priuato lege ciuali definiendo agitur.

§. XXII.

**CIVVS MODO AD SVPLENDAM QVASI VOLVNTATEN,
NON PACTITIVS, HIC ACCEDIT CONSENSVS
STATVVM.**

Sed nec sola tamen *voluntas* Imperatoris sufficit; aut potius solius eius arbitrio non commissa res est. Verum ut tanto cautius omnique cum circumspectione procedatur, deliberationi statuum res prius subiicitur, quam a caesare eam perfici fas sit. Quare *consensus* eorum non quidem *pactitius*, sed *ad supplendam quasi*

vo-



voluntatem, cuius solius in arbitrio non est posita,
Imperatoris adhibetur.

§. XXIII.

**PERINDE AC CONSENSVS PATRIS TUTORISVE IN
SPONSALIBVS FILIIFAMILIAS AVT
MINORIS;**

Quodsi parua licuerit magnis comparare, simillima plane ratio est in *consensu patris tutorumue ad sponsalia filiifamilias minorisue celebranda necessario*. Scilicet filiifamilias minorisue hic proprie requiritur voluntas ad negotium principale sponsaliorum contrahendum; nec sane est, quod pacti instar inter filium et patrem, minorem atque curatorem hic agatur. At quia solius filii minorisue arbitrio res non confiditur, ad supplendam eius voluntatem accedat patris curatorisue *consensus*, necesse est.

§. XXIV.

**SIVE AD INSTAR CONSENSVS AGNATORVM IN
ALIENANDIS BONIS AVITIS.**

Simile quid in eo etiam casu est, si quis possessor bonorum auitorum ad haec alienanda *consensu agnatorum* indiget. Etiam si enim species condominii hic intercedat, suumque proprium ob ius agnati ut consentiant,

tiant, requiratur; tamen nec hic principaliter obtinet pactum inter alienantem et consentientem, sed inter alienantem et acquirentem; consentientis vero voluntas etiam hic, in quo solius alienantis voluntas insufficiens foret, supplet.

§. XXV.

ID QVOD ADPLICATVR TVM AD LEGES IMPERII CIVILES;

Sic itaque Imperator fert *leges imperii ciuiles*, dum suam tamquam superioris voluntatem declarat, eaque plenam vim omnes et singulos imperii ciues obligandi inde adipiscitur, quoniam *unitus cum voluntate Imperatoris est comitialis statuum imperii consensus*, qui omnem, si qua esse poterat de solius Augustissimi arbitrio, dubitationem omnino tollit. Nèquæ ceterum quidquam interest, vtrum Imperator condendo legem statuumque consensum rogando primum rei motum derit; an status sua sponte legem imperatori proposuerint, isque ratam eam habuerit. Nam vtrovis casu, siue a caesare, siue a statibus rei initium factum fuerit, res ipsa tamen a voluntate Imperatoris pendet, quam consensus statuum plene efficacem reddit.

C

§. XXVI.



§. XXVI.

**TVM AD LEGES TERRITORIORVM PROVIN-
CIALES.**

Vel clarius idem liquet de *legibus*, quas *principes* nostri *cum consensu ordinum prouincialium* conficiunt; vbi nemo dubitabit, omnem vim obligandi subditos in voluntate principis tamquam superioris esse positam. Namque licet nec ea sine consensu ordinum aequae efficax fuisset, tamen principale negotium non in consensu isto, sed in voluntate illa versatur; neque pactius iste consensus est, sed ita comparatus, ut vnitus cum voluntate principis vnum quiddam efficax constituat.

§. XXVII.

**CONTRA IN LEGIBVS FUNDAMENTALIBVS EST
CONSENSVS IPSVM PRINCIPEM STRIN-
GENS.**

Plane aliter res se haber, si qua in monarchia statibus circumscripta de *nova* cum eorum consensu condenda *lege fundamentali* agitur. Huius enim omnino tunc non est vis obligandi in voluntate principis tamquam superioris, sed eodem modo, quo prima lex fundamentalis *solo in pacto* principis et populi consistit, nihil

nihil hic noui locum habet, nisi eodem illo utriusque partis mutuo consensu pactitio. Quumque alias suis ipsius *legibus*, ciuilibus nimirum, solutus sit princeps, ita ut e. g. leges de successione ciuium latae non perinde in definienda successione ipsius principis valeant; hic tamen omnino *lex fundamentalis ipsum principem vi pacti stringit.*

§. XXVIII.

VNDE PERSPICVA DIFFERENTIA LEGVM IMPERICIVM CIVILIVM ATQVE FUNDAMENTALIVM.

Sic itaque si comparaueris variusque generis plane diuersas leges, e. g. pacem Westphalicam sive capitulationem caesaream tamquam *leges imperii fundamentales*, et constitutiones de ordine iudiciario seu de abusibus opificiariis, tamquam *leges imperii priuatas ciuiiles*; in utroque legum genere *consensus* quidem statuum caesari praebitus adparet. Verum alter ille *pactitus* est, qui caesarem et status inter se mutuo obligat; alter non *pactitus*, nec reuera ita comparatus, ut Imperator se ipsum eo obligasse legique tali se subiecisse censeri possit.

C 2

§. XXIX.



§. XXIX.

VELVTI QVAM VEL IPSA DOCET FORMVL A LEGVM
IMPERII CIVILIVM;

Satis clare haec omnia vel ex ipsis legum imperii formulis perspici queunt, quarum illae, quae tantum *in vim legis civilis conditae* sunt, *Imperatorem* ceu *summum legislatorem*, *adhibito dumtaxat consilio et consensu statuum*, suam voluntatem declarantem representant.

* I. Sic in ipse e. g. *pace publica* d. 7. Aug. 1495. promulgata
MAXIMILIANVS I. Imp. hoc introitu vtitur: —
 “Darum mit einmuthigem zeitigen Rathc der — Churc
 füsten und Fürsten — Prälaten, Grafen, Herren und
 Stände haben Wir durch das heilige Reich und Teutsche
 Nation einen gemeinen Frieden vorgenommen, ausgerichtet,
 geordnet und gemacht; richten auf, ordnen, und machen den
 auch in und mit Kraft dieses Briefs ic.”

* II. Similiter in *constitutione de norariis* d. 8. Oct. 1512. idem
MAXIMILIANVS Imp. hac formula vtitur: — “Des
 halben Wir für noch angesehen solchen Gebrechen und Mängel
 geln zu begegnen, Einschung zu thun, und darauf etlichen
 Gelehrten, der Dingen geübt und erfahren, Befehl gethan,
 die aus unserer Kaiserlichen Macht diese gegenwärtige Orde
 nung begriffen, welche Wir nach ihrer Ueberantwortung und
 unserer fleißigen Besichtigung in Betrachtung und Ueischung
 ihret

ßrer Nutz und Fruchtbarkeit, aus Kaiserlicher Macht, mit Rath Unser und des heiligen Reichs Churfürsten, Fürsten und anderer Stände, so jetzt auf dem gehaltenen Reichstage zu Edln versammlet gewesen sind, hiermit bestätigen, confirmiren und approbiren. Gebieten und wollen auch, daß die allenthalben im Reich geöffnet und fund gemacht werden soll. ic."

* III. Idem vel vnica vocula: sammt, significat CAROLVS V. Imp. in *constitutionis criminalis a. 1532. initio*: — "Demnach haben Wir samme Churfürsten, Fürsten und Ständen, aus gnädigem geneigtem Willen, etlichen gelehrten, tresslichen, erfahrenen Personen besohlen, einen Begriff, wie und welchergestalt in peinlichen Sachen und Rechtsfertigungen, dem Rechte und Willigkeit am gemässtesten gehandelt werden mag, zu machen, in eine Form zusammen zu ziehen; welches Wir also in Druck zu bringen verschafft haben, daß alle und jede, Unsere und des Reichs Untertanen sich hins fürter in peinlichen Sachen, in Bedenkung der Größe und Fährlichkeit derselben, jetzt angezeigten Begriff, dem gemeinen Rechte, Willigkeit, und läblichen hergebrachten Gebräuchen, gemäß halten mögen. ic."

* IV. Eadem denique ratione in *ordinatione politiae a. 1577.* RUDOLFVS II. Imp.: "Als weiland, inquit, Kaiser Carl der V. — sich 1548. zu Augsburg mit Churfürsten, Fürsten und Ständen, einer gemeinen Policey: Ordnung ver-

glichen, und dieselbige allenthalben in das Reich publicirt, und in Druck ausgehen lassen, welche aber bis dahero, vieler Orten in Vergeß gestellt, und dero in mannigfältige Wege zu wider gehandelt worden, also daß bey jüngst gehaltenem Reichstage zu Regensburg, durch auch weyland unsren gesiebten Herrn und Vatern Kayser Maximilian den Andern, loblichen Angedenkens, zusamint den Ständen des Reichs für nöthig und nützlich angesehen worden, solche Ordnung wieder vor die Hand zu nehmen, und mit etlichen nothwensdigen Zusäcken zu verbessern und zu erneuern. Hierum haben Wie zufolge solches einhelligen Reichsbeschusses angeregte Polizey-Ordnung, bey jeho gehaltenem Deputations-Tage zu Frankfurt, wiederum ersehen und berathschlagen lassen, und dieselbige etlicher Orten gemehet und verbessert, mit zeitigem Rath wiederum verneuert und beschlossen, immassen dieselbige euch allen, sammt und sonderlich, und gemeinlich allen unsern, und des Reichs Unterthanen und Verwandten, hiemit verkündet wird, mit dem ernstlichen Befehl, daß ihe derselben alles ihres Inhalts bey Poen und Straf, in einem jeden Articul verleiht, gehorsamlich und festiglich für Euch selbst gelebt, und die Euren dahin weiset und vermidget, Diese unsre Reformation und Ordnung bey Vermeidung derselben Strafen, also unverbrüchlich zu halten, und dero nachzukommen. ic."

§. XXX.

§. XXX.

ALIAQVE PLANE FORMVLA LEGVM IMPERII
FVNDAMENTALIVM.

E contrario clarior paeti formula esse nequit, quam quae in *capitulatione caesarea* continetur, quippe cuius tum *introitus* hisce verbis conceptus est: "Dass wir uns demnach aus freiem gnädigen Willen mit denselben — Churfürsten für sich und sämtliche Churfürsten, Fürsten und Stände des H. R. Reichs Gedings- und Pacts-weise dieser nachfolgenden Artikeln vereiniget, verglichen, angenommen und zugesagt haben, alles wissenschaftlich und kraft dieses Briefes;" tum *clausula finalis* idem reperit, et vel iurejurando id firmat sequentem in modum: "Solches alles und jedes haben Wir obgedächter Römischer König den Churfürsten des Reichs vor Sie und im Namen des heiligen Römischen Reichs geredet, versprochen, und bey Uns-seren Königlichen Ehren, Würden und Worten der Wahre-heit zugesagt, thuen dasselbe auch hiermit und in Kraft die-ses Briefs; Immassen Wir dann das mit einem leiblichen Ende zu Gott und dem heiligen Evangelio beschworen, daß selbe stet, vest und unverbrochen zu halten, dem treulich nach-zukommen, darwider nicht zu seyn, zu thun, noch zu schaf-fen, daß darwider gethan werde, in einige Weise oder Wege,
wie



wie die midchten erdacht werden, uns auch darwider einiger Behelff oder Ausnahme, Dispensationes, Absolutiones, geist- oder weltliche Rechte, wie das Namen haben mag, nicht zu statten kommen sollen;” tum denique idem repetitur iuratoque firmatur singularibus ab ipso Imperatore subscriptis *reuersalibus*.

§. XXXI.

SED ET IVNGI POTEST LEX CIVILIS ATQVE
FUNDAMENTALIS.

Interea cum fieri potest, vt in lege fundamentali inserantur priuata, tum nihil impedit, quo minus *una eademque lex diuerso respectu* qua fundamentalis et qua *civilis* condi atque considerari possit. Quodsi enim lex ciuilis non minus quam fundamentalis indiget imperantis statuumque consensu; hic licet sua natura in vtraque lege diuersus sit, cumulari tamen potest circa omnem controuersiam, vt in priuatis rebus ad supplendam imperantis voluntatem, in publicis in vim pati datus intelligatur.

§. XXXII.

§. XXXII.

IDEOQVE IN RECESSIBVS IMPERII SAEPE DVPLEX
ADHIBETVR. FORMVL A CONSENSVS
STATVVM.

Sic praesertim *in recessibus imperii* per frequenter id obseruatur, vt, si non priuatas solum sed publicas quoque leges contineant, expressa etiam formula consensus pacis munici sint, eoque tum caesar tum status se obligari profiteantur. Qua formula quum carere queant, quae solum priuata negotia definiunt, leges ciuiles; tanto certius est, recessus istam formulam continentis non tantum ad leges ciuiles, sed in alia qualitate simul ad leges fundamentales referendos esse.

* L. Sic in R. I. d. 10. Sept. 1500. Augustae Vindelicorum codito MAXIMILIANVS L. Imp. in prooemio ait: —
“Dafß wir uns mit den — Churfürsten, Fürsten und gemeiner Versammlung gegenwärtigen Reichstages dieser nachfolgenden Ordnung, Satzung und Artikeln vereinigt, vertragen, und Uns derhalb mit und gegen einander in Contracts-Weise verpflichtet und verschrieben haben, und thun das hiemit in Kraft dieses Briess und Abschieds, wie hernach von Artikel zu Artikel geschrieben steht. sc.” Deinde in fine eiusdem recessus art. 85. §. 2. sq. idem fusiis explicati sequentem in modum: “Und hierauf so gereden und

D

ver,

versprechen Wir König Maximilian obgenannte, bey
 Unsern Königlichen Würden und Worten für Uns,
 Unser Nachkommen, Römische Kaiser und Könige, und
 auch Unsere Erben und Nachkommen, Erzherzogen zu Oesterreich &c. diese obgeschriebene Ordnung, Säzung und Artikel getreulich und festlich, so viel Uns, als Römischen König, und Erzherzog zu Oesterreich &c. berührt oder berühren mag, zu halten, zu vollziehen und zu handhaben,
 darwider auch nicht zu seyn, zu thun, noch schaffen gehandt werden, in keine Weise, sonder Gefährde. Desz zu Urkund haben Wir Unser Königlich Insiegel an diesen Abschied und Brief, als Römischer König und Erzherzog zu Oesterreich &c. ihun henken. Und Wir Churfürsten, Fürsten, Prälaten, Grafen, Herren, und des h. Reichs Frey- und
 Reichs-Städte, Botschafter und Gewaltheber,
 hernach mit Namen eigentlich bestimmte, bekennen und thun
 und allermäßiglich, daß obgenannter Unser allergnädigster
 Herr, der Römische König, die obgeschriebene Ordnung,
 Säzung und Artikel, mit Unserm Rath, Willen, Zu-
 geben und Annnehmen, fürgensommen, geordnet, gesetzt
 und gemacht; sich auch der mit Uns, und Wir mit sei-
 nen Königlichen Gnaden, in Contractsweise verpflich-
 tet und verschrieben haben, und thun das alles biemit,
 und in Kraft dieses Briefs, bey Unsern Fürstlichen Ehren,
 Würden, guten wahren Treuen und Glauben, an Lydes-
Katt

statt festiglich gereden, geloben und versprechen, alle und jede obgeschriebene Ordnung, Sahung und Artikel, so viel einem jeden seine Herrschafft oder Freunde, von denen er geschickt, oder gewalthabend ist, betrifft, oder betreffen mag, für sich und die Seiten, deren er ungesährlich mächtig ist, getreulich und aufrichtiglich zu halten, zu vollziehen, zu handhaben, und bey den Seinen zu thun, getreulich zu verschaffen, darwider auch nicht zu seyn, zu thun; noch zu versuchen gehan werde, weder durch Uns selbst, noch jemandes anderes, in jemal seins Weis, sonder alle Gefährde.”

*II. Similiter in R. I. 1555. §. 143. 144. CAROLVS V. Imp., eiusue potius nomine FERDINANDVS I. eo tempore Rex Romanorum cum statibus sequentem in modum pacificatur: “Solches alles und jedes, so obgeschrieben steht, und die Kaiserliche Majestät unsern lieben Bruder und Herren, und Uns anruhet, gereden und versprechen Wir an statt und im Namen der Kaiserl. Majestät und für uns selbst, ster, vest, uns verbrüchlich und aufrichtig zu halten, und zu vollenziehen, dem stracks und ungeweigert nachzukommen, und zu geleben, sonder alle Gefährde. Desz zu Urkund, haben Wir unser Königlich Insiegel an diesen Abschied chust henzein. Und Wir die verordnete Thürfürstl. Räthe, erscheinende Fürsten, Prälaten, Grafen, und Herrn, auch der abwesenden Fürsten, Prälaten, Grafen und Herrn, und des Heil. Reichs Frey- und Reichs-Städte Gesandten, Wollschäften und Gewalthaber-



hernach benennt; Bekennen auch öffentlich mit diesem Abschied, daß alle und jede obgeschriebene Punkte und Artikel also wie obstehtet, mit unserm guten Willen, Wissen und Rath vorgenommen, und beschlossen sind, willigen auch diese selbige alle, samme und sonderlich hiemit, und in Kraft dieses Briefs: Gereden und versprechen auch in guten wahren Treuen, die, so viel einen jeden, seine Herrschafft oder Freunde, von denen er geschickt, oder gewalthabend ist, betrifft oder betrifffen mag, wahr, stet, best, aufrichtig und unverbrochen zu halten, zu vollziehen, und dem, nach allen unserm Vermögen, nachzukommen und zu geleben, sonder Gefährde."

*III. Denique huc pertinent R. I. N. §. 197. sq. clausulae eiusdem tenoris: "Solches alles und jedes, wie hier oben geschrieben stehtet, und Uns Kaiser Ferdinand den Dritten berühren thut, gereden und versprechen Wir bei Unsern Kaiserlichen Würden und Worten, stet, best und unverbrüchlich, aufrichtig zu halten, zu vollziehen, deme strack's nachzukommen und zu geleben sonder Gefährde. Dessen zu Urkund haben Wir Unser Kaiserlich Insiegel an diesen Abschied henken lassen. Und Wir die Thurfürsten und Stände, und der Abwesenden verordnete Räthe, Wottshäften und Gesandte, bekennen auch öffentlich mit diesem Abschied, daß alle und jede obgeschriebene Punkte und Artikel, als wie obstehtet, mit Unserm guten Wissen, Willen und Rath vorgenommen und

und beschlossen sind; Willigen auch dieselbe allesamt und sonderlich hiemit und Kraft dieses Briefs, gereden und versprechen auch in guten wahren Treuen, die, so viel einen jesden, oder den, von dem er geschickt, oder gewalthabend ist, betrifft, oder betreffen mag, wahr, stet, west, aufrichtig und unverbrochen zu halten, und zu vollziehen, und deme nach allen Vermögen nachzukommen und zu geleben; sowie der Gefährde."

S. XXXIII.

QVID QVOD PACIS WESTPHALICAE HAC RATIONE TRIPLEX DATVR CONSIDERATIO.

Alia ratione in ipsa *pace Westphalica* plus una confederatione adhibitus est statuum consensus, eiusque diversitas ex ipsa pacis structura verborumque formulis satis clare elucet. Nimurum I) quatenus Imperator *pacem cum exteris* pangebat, necessarius ei statuum consensus erat ex principio in ipsa pace art. 8. §. 2. stabilito; isque consensus, ad supplendam quasi Imperatoris voluntatem, praebebatur in prooemio pacis verbis ita conceptis: " — Legati — Imperatoris — et
„Sueciae — praesentibus, suffragantibus et *consen-*
E „tien-

„tientibus S. R. I. electoribus, principibus ac *statibus*
 „— in mutuas pacis et amicitiae *leges* consenserunt
 „et conuenerunt.” &c. Deinde II) quum ipsi status,
 diuisi quidem in duas partes, alii Imperatori domuique
 Austriacae, alii Sueciae adhaerentes, bellum partici-
 passent; iidem quoque ipsius pacis participes consortes
 que essent, adeoque *consensum pactitium* ea mente
 adiicerent, necesse erat, id quod factum art. I. pacis
 hunc in modum: “*Pax sit — inter sacram caesaream*
 „maiestatem, domum Austriacam omnesque eius foe-
 „deratos et adhaerentes, — in primis — electo-
 „res, principes ac *status imperii ex una*; et *sacram*
 „regiam maiestatem regnumque Sueciae, omnesque
 „eius foederatos et adhaerentes, — in primis —
 „respectiue electores, principes, *statusque imperii ex*
 „*altera parte.*” Quin III) etiam, vt tanto minus du-
 bitari vñquam posset, esse pacem in vim quoque legis
 imperii fundamentalis conditam, accedebat art. 17.
 §. 2. specialis sanctio: “Pro maiori horum omnium et
 „singulorum pactorum firmitudine et securitate, sic
 „haec *Transactio perpetua lex*, et *pragmatica Imperii*
 „*sanctio*, imposterum aequa ac aliae *leges* et *constitu-*
 „*tiones fundamentales imperii*, nominatim proxima
 „im-

„imperii recessui, ipsique capitulationi caesareae inse-
 „renda.“ Quamobrem in subsecuto deinde R. I. N.
 §. 4. 5. haec insertio facta, praemissis eam in rem ver-
 bis sequentibus: “Nachdem — in dem zu Münster
 und Osnabrück zwischen Uns, auch Thurfürsten und Stän-
 den des Heil. Reichs, und beyden auswärtigen Kronen aufge-
 richteten, publicirten, und ratisfizirten allgemeinen Reichs-
 Friedens-Schlüß, mit allerseits transfigirender Theile Wil-
 len und Belieben, Art. 17. §. 2. die Versehung beschehen,
 daß derselbe zu aller und jeder darinn enthaltenen Pachten
 und Vereinigungen Gewiß- und Sicherheit, ein ewiges Ge-
 setz und Sanctio pragmatica, gleich andern des Heil. Reichs
 Fundamental-Satz- und Ordnungen verbindlich seyn, zu
 solchent Ende auch dem nächsten Reichs-Abschied einverleibt
 werden solle; So haben Wir um dessen allen mehrer Be-
 stärk- und Befestigung willent, berührten allgemeinen Reichs-
 Friedens-Schlüß, und die darüber zu Münster und Osnab-
 rück aufgerichtete Instrumenta Pacis, samt dem arctiori
 exequendi modo und Nürnbergischen Executions-Reichs,
 gegenwärtigem Reichs-Abschied von Worten zu Worten,
 nachfolgenden buchstäblichen Inhalts inseriren und ein-
 rücken lassen.” sc.

§. XXXIV.



§. XXXIV.

**CONCLVSIO: IN QVONAM CONSISTAT DIFFERENTIA
LEGVM IMP. CIVILIVM ET FYNDAMENTALIVM.**

Quae omnia denique si in vnum collegeris; satis, nisi fallimur, in aprico est, *differentiam legum imperii civilium atque fundamentalium* quaerendam esse partim in ipsis rerum siue priuatarum siue publicarum argumentis; partim in forma consensus aut ad supplendam modo voluntatem imperatoris a statibus adhibiti, aut pactitii; partim demum in vi obligandi solum ciues subditosque imperii, aut ipsum quous imperatorem,



Österreichische Nationalbibliothek



+Z205460902

Digitized by Google

